



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### De Vita, Et Gestis S. Francisci Xaverii È Societate Iesv Indiarvm Apostoli Libri Qvatvor

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1666

29. Co[n]tumeliosus Xauerio ethnicus punitur diuinitus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10854**

abluebat; sola tenera ætas, quæ acceptam Baptismo sanctitatem intrantem moriens ad Deum tulerat, ad mille capita ab eo censebatur. Diuinis pueri vsque aded afficiebantur, auebantque tantopere de mysteriis fidei, noui aliquid doceri, vt ei tempus, non cibi modo, somnique præripent, verum nec ad pensum diuini officij, præberent, cogereturque ei exsoluendo captare latebras; & frustra, aded erant in iis vestigandis sagaces pueri. Concertationes etiam illorum, & prælia, cum Ethnicis, erant perpetua; venabantur idola curiosè, raptabantque ad pedes viri sancti, tam grandi numero, vt in aceros confurgerent; illie eadem omni contumeliæ genere calcata, distracta, conspueata luto & sordibus, fœdabant, spargebantque in mare comminuta. Si quem verò rescissent, esto parens is foret, honoris aliquid Pagodi, hoc est idolo exhibere, audenter ac liberè arguebant, quæ si minus apud sacrilegum reprehensio valeret, deferebant ad Xauerium eius nomen, qui mox cum manu puerorum in domum impij aduolans, sublati quotquot haberet Pagodibus, puerorum ludibrio, & fannis illos, eo spectante, proponebat. Fuit quin etiam cum Christianus ab iis delatus est, quod simulachra, palam coleret, graui offensione cæterorum: huius belluinam, feramque vesaniam, quod nec probum perfidia, nec rationes commouerent, excogitauit modum quo sensum flammæ in eo excitaret, quarum iam tum cum desertoribus quos adorabat demonibus se ipse damnaret, misit qui faces ædibus perfidi subderent; vixque multis eiusdem lacrymis, & amicorum intercessionibus cessit, vt subduceretur incendio supellex; reliquis omnibus, idolis potissimum in cinerem redactis, exemplo pœnæ iis profuturo, si quos fortè apostata spiritus sollicitaret aliquando, ad ejurandam Christo fidem. Nec erat qui obstare auderet, vel aduersus eum vi aliqua vri, quem potestâs edendi miracula venerabilem effecisset, & pœna insolescentis in eum Ethnicis metuendum. Erat is ex nobilitate Manaparis, adierat hominem Xauerius solita comitate rogans hoc sibi ab eo indulgeri, tantisper vt autem cominodaret, pauca quædam ferenti quæ ab eo audiri, plurimum interesset; sed hunc barbarus ferox, nec aspectu dignatus, foribus exclusit; agresti respõso prouocans, tantumdem sibi ab eo vt fieret, si quando ad fores eius Ecclesiæ intraturus venisset. Votum inurbanum, & impium ratum facere Deus non diu distulit: paulò post, subita armatorum manu à quibus ad necem quærebatur, in fugam actus, quæ ad salutem restabat sola, concitadò ad templum ferebatur, prouocationis nuperæ immemor: insequuntur & premunt currentem clamore ac telis inimici; qui diuinis in templo dabant operam Christiani, armis, clamoribus, fugientis terrore & ipsi exterriti, vitæque direptionem templi, aut grande quid mali hoc tumultu parari, fortes claudunt, misero tantum non limen subeunte; quare templo vt sibi optauerat exclusus frustra ad opem vociferans, crudelitatem hostium discerptus expleuit. Deo illam seruo suo contumeliam, illorum manibus vlciscente.

30. Ipsi quin etiam Bracmanes, quorum occulta flagitia, & arcanam

Doctrinæ

29

Cōtumeliosus  
Xauerio ethnici  
punitur  
diuinitus.

30